



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Monica Vidua. S. Gothardus Epis. SS. Maura & Timotheus MM. 4. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

1. S. Monica Mater S. Augustini, temperantia legibus per iuventutē adeo adstricta fuit, vt extra prandij ac cœnæ tempus in Africæ caloribus, ne aquæ quidem haustu reficeretur. Precibus, lacrymis & industria multa adhibitis sanctum effecit, & Ecclesiæ maximum Doctorem filium. obiit A. Dni. 389.

2. B. Gothardus Hildesienſis i. p. s. educatus sub S. Benedicti disciplina in Althensi Monasterio, quam ior didicerat, sub Abbate Ercamberto, disciplinam, ipse Abbas factus propagavit tum in illo tum Hirschfeldensi, Tegeſcenti ac Eremensi, sibi commissis Monasterijs, donec ad amplissimum Germaniæ Episcopatum evectus, tanquam in candelabro posita fax, late circumfulsit circa A. Dni 1035.

3. SS. Timotheus & Maura coniuges 20. die à Nuptijs in Iudicium ob Christi fidem rapti, cum S. libros profanis tradere recusarent Crucifixi sunt.

S. Monica Vidua. S. Gothardus Epif.
SS. Maura & Timotheus MM. 4. Maij.



Manfuetudo.

Non est valde laudabile bonū esse
cum bonis, sed bonum esse cum malis.
Gregor.

Exaudi nos Deus salutaris noster, vt
sicut de B. Monica (B. Gothardi Epif.
SS. MM Maura & Timothei) festiuitate
gaudemus, ita piæ deuotionis eru-
diamur affectu Per D. N. Iesum Chri-
stum &c.

Ora pro Viduis, &c